capitis vulnera ca-

erca cerebrum.

wes scarabaci.

rginale.

mia. masteries. al atogulis mentilus sti-

io, cogitatio.

mellita.

alvearium.

, qui merhanemata facit.

less name.

Merarchia, μεραρχία, agmen militum MMXLVIII. Mercion, mercatus. Mererigae, manifestae turpitudines.

Mergulus, funiculus, qui in lucerna flammam nutrit. Item avis rapax aquatica. Mergus, oris, vas, quo e puteis aqua extrahitur. Meringa, pellis in aure, ubi fit auditus. Meris, jaculi genus apud Helvetios.

Merismus, μερισμός, distributio, partitio. Mersinium, funis. Mesarchon, μέσαρχον, mesenterium.

Mesaraeum, μεσάραιον, idem. Mesarnum, usoupror, tributum dimidiatae ovis. Mesatium, lorum ab equo ad alium equum tendens. Mesator, magistratus, ad quem litis deferebant ar-

Mesaulium, μεσαύλιον, janua in medio posita: vel locus in mediis aedibus. Mesenterium, μεσεντέφιον, crassa et adiposa mem-

brana medium locum in intestinis occupans. Mesiticum, usorusòr, aes, quod pro loco occupan-do in foro vendendis mercibus solvebatur. Mesoboum, et Mesobum, ligaum medium inter

junctos boves. Mesocranium, μεσοχράνιον, vertex capitis.

Mesonestimus, μεσονήστιμος, quarta septimana Qua-Mesopentecoste, septimana quarta post Penteco-

Mesophryum, μεσόφουον, spatium inter supercilia. Mesopleurium, μεσοπλεύψιον, locus medius inter co-

Mesoria, intervalla, et pausae horarum canonica-

Messias, Menalas, unctus: Jesus Christus.

Messicala, parva messis. Meta, μετά, cum, post, trans. Item praemium, quod sponsae datur a marito, cum eam domum

Metabulum, fausta navigatio. Gloss. Isid. Metacarpium, μετακάσπιον, pars manus a junctura usque ad digitos.

Metaleptice, μεταληπτικώς, per metalepsin. Metalepticus, μεταληπτικός participativus. Metallifodina, metallum.

Metallurgia, μεταλλουργία, opus metallicum. Metaphoricus, μεταφορικός, translatus. Metaphrasis, μεταφορικός, interpretatio.

Metaphrenum, μεταφρείου, pars corporis praecordiis a tergo objecta. Metaphysica, μεταφυσικά, supernaturalia.

Metaphysice, μεταφυσικός, super naturam. Metaphysicus, μεταφυσικός, supernaturalis. Metaplasticus, μεταπλαστικός, transformativus. Metassae, bidentes a partu recentes, et sacrificio

idoneae. Metasyncrisis, μετασύγκουσις, exiguorum meatuum in naturalem statum mutatio. Metaxaticum, tributum, quod a metaxariis penditur.

Metaxatum, peragaror, sericum crudum. Metaxylogia, μεταξυλογία, cum in medio orationis

aliquid interponitur.

Meteora, μετέωρα, mixta imperfecta, quae in sublimi aeris parte generantur, ut nubes. Meteorolesches, μετεωφολέσχης, qui de rebus subli-

Meteorologia, μειεωφολογία, doctrina de meteoris.

Meteorologice, μετεωφολόγική, scientia de meteoris. Meteorologus, μετεωφολόγος, qui de meteoris loqui-Meteoroscopus, μετεωφοσεόπος, qui sublimia respi-

cit. Item stolidus, ineptus. Methium, sponsalitia, vel nuptialis donatio.

Meticulus, parvus metus. Metonymice, μετωνυμικώς, per metonymiam.

Metonymicus, psrwropizios, ad metonymiam perti-Metoposcopia, μετωποσποπία, divinatio ex fronte.

Metorchium , μετόσχιον , interstitium inter plantarum

Deum cogens. V. Menagyrta Metrenchytes, μητοεγχύτης, instrumentum chirurgorum ad injicienda in uterum medicamenta.

Metriasmus, μετοιασμός, mediocritas, modus. Metrice, perozzos, metrico modo. Metroacum, μητοωακόν, carmen in honorem Matris

Deum.

Metropater, μητφοπατήφ, mater et pater. Metrophamelius, materfamilias.

Metzizium, templum minus. Micatus panis, in micas redactus. Plin. Valerian. Micidus, tenuis, parvus.

Microcosmus, μιzοοχοσμος, parvus mundus. Micrologus, μιzοολόγος, nimis diligens in rebus parvi momenti.

Micropsychia, μιzοοφυχία, pusillanimitas. Microscopium, mizgoozonetor, vitrum, quo res minutissimae majores apparent.

Microtrogus, μεκροτρώγος, qui parum comedit. Migma, μίγμα, mixtura, farrago. Migrator, qui migrat. Gloss.

Milago, piscis super aquas volitans. Isid. Millegrana, ae, herbae genus. Millemorbia, herba aliis scrofularia major. Millesies, millies.

Millio, onis, genus accipitris. Minera, vena terrae metallica. V. MINIARIUS in

Lexico. Mineralia, ium, metalla. Mineralis, metallicus. Mineralogia, sermo de metallis.

Minervalicius, pertinens ad minerval. Miniographus, qui minio scribit. Ministerialis, ad ministerium pertinens. Item vas-

sallus militaris. Ministeriani, qui praesunt castris principum.
Ministeriarches, princeps ministerii.
Minoratio, deminutio, status minor. Fulgent.
Minorennis, minor vigintiquinque annis.

Minsabilis, qui facile mingitur. Mingatorium, matella.

Minso, as, frequenter mingo. Minthos, µlr005, stercus humanum. Item flos in sterquilinio nascens.

Minutarius, negotiator, qui minuta vendit. Minutum, nummi species. Minytica, μητυτικά, ex alto causas detegentia. Mirach, abdomen. Vox Arab.

Miraculosus, miraculis plenus. Mirificentia, res mira, opus admirabile. Mirmillonium, genus armaturae Gallicae. Vet. Scholiast. Juvenal.

Misanthropia, μισανθοωπία, odium hominum. Misculor. V. Commisculor. Misfactum, scelus.

Misocalus, mioózalos, ab omni elegantia et cultu abhorrens. Misogynia, pasoyvesla, odium in mulieres. Mitea, affectio, vel vulnus nasi.

Mitigator, qui mitigat. Mitolinum, filum e lino: a pleos, filum, et linum.

Miva, succus cotoneorum. Mixis, μέξες, mixtio. Mixobarbari, μεξοβάμβαροι, qui altero parente Grae-co, altero Barbaro progeniti sunt.

Mixolydius, accolodios, toni musici nomen ex Lydio myxti.

Modismus, μοδισμός, certus modiorum numerus. Moechagria, orum, τὰ μοιχάγομα, poenae depre-hensorum in moechia. Moechator, moechus.

Moesileum, sepulcrum, monumentum: quasi mausoleum. Molarium, certa portio farinae, quam molitor mer-

cedis loco sumit. Molatio, molitura. Molinarius, molendinarius. Gloss,

Molitrix, quae molit. Mollefacio, mollio. Molleo, mollesco. Mollifico, mollio. Macer.
Mollitivus, molliens. Constantin. Afer.

Momentalis, momentaneus.

Momiscus, μωμίσχος, molarium pars, quae carni, id est gingivae proxima est. Momordica, herba, quae et balsamina cucumerina

Monachatus, status et conditio monachi. Monacho, as, monachum facio. Sarisberiens. Monapus, bestia, quae et bonasus.

Monarchicus, poraggizos, ad monarcham pertinens. Monarthomachus, poragzopazos, qui monarchiam oppugnat.

Monasticus, poragrizos, monachicus. Monetarium, locus, ubi moneta cuditur.

Monialis, monacha. Monobambylum, simplex conclave palatii secretum, in quo conveniebat clerus patriarcham electurus. Monobiblos, μονόβιβλος, liber singularis: vel qui uno libro continetur, aut constat.

meterchium, μετοσχίον, interstitum inter plantarum ordines.

Metragyrta, μητοαγύοτης, aeruscator stipem Matri Deum cogens. V. Menagurta.

Monochordum, μοτοχείζεταν, armilla unius brachii. Monochordum, μοτοχοζόον, instrumentum musicum unius chordae: vel cujus plures chordae unius soni sunt, nisi panniculi nexu distinguantur.

Monoclonos, porozloros, species artemisiae uno ra-Monoclonus, porózloros, tibiae cantus simplex.

Monocosmum, norózoonor, vehiculum, quod ab uno jumento trahitur. Gloss. Isid. Monodia, μοτωδία, cantio solitaria.

Monodus, μοτοθός, qui solus canit. Μοποgamium, μοτογάμιον, unae nuptiae, monoga-

Monologium, μονολόγιον, sermo per omnia sibi similis.

Monomachus, μοτόμαχος, qui singulari certamine

Monomerus, poroungus, unum habens femur. Monometer, μονόμετος, unam mensuram habens, Monomoeria, μονομοιφία, minutia partium. Monophagia, noroquyla, vita sine socio. Monophagus, poroquyos, qui seorsum solus cibum

Capit.

Monopola, μονοπώλης, qui solus vendit.

Monophthalmus, μονόφθαλμος, monoculus.

Monopticus, μονοπεικός, monoculus.

Monosceles, μονοσελής, unum crus habens.

Monostrophus, porcorpopos, unius strophae. Oda monostrophos est, quae unam tantum metri diversitatem habet.

Monostylus, porooculos, unius columnae. Monotessaron, μονοτέσσαφον, unum ex quatuor. Monotonia, μονοτονία, unius modi tenor, una spiritus et vocis intentio. Monotonus, porórovos, uno tantum tenore progre-

Morbificus, morbum afferens. Morbilli, et Morbuli, pustulae in summa cute, pue ris maxime infestae.

Morbus Herculanus, apoplexia, morbus comitialis. Morcuflus, superciliosus, severus.

Mordicativus, mordicans. Coel. Aurelian. Mordosus, mordax. Gloss. Moria, μωρία, stultitia. Moricetum, locus moris consitus.

Mormolyceum, μορμολυπείον, terriculamentum. Morochthus, μόροχθος, lapis Λegyptius ad vestes dealbandas.

Morosis, μώσωσις, amentia, stultitia. Morotton, textum e corticibus, quo se in Cereali bus verberabant.

Morphaea, µooqala, morbus, quo color mutatur. Morsura, morsus. Constantin. Afer. Mortariolum, parvum mortarium. Macer. Moscharium, μοσχάσιος, parvus moschus. Moschatula pira, quae odorem moschi referunt. Moschus, vel Moschum, muschio, sanguis cujusdam

animalis suavi odore. Moschus, μόσχος, vitulus. Item tenellus pullus. Mostrum, monstrum. Gloss. Motabilis, qui saepe movetur. Moton, poròr, linamentum ad implenda vulnera. Movita, malitia.

Mozicia, genus parvi repositorii, quasi modicia.

Isid. Orig. 20, 9.

Mucido, as, mucidum reddo. Cathol.

Muco, onis, piscis ex mugilum genere. Mufa, mucor, mucus.
Mulcebris, illecebrosus. Sarisberiens. Mullotes, mutus. Gloss.

Mulocisiarius, qui cisium regit a mulis tractum. Multanaus, qui multos habet annos. Multicola, qui multos colit. Fulgent. Multiplicitas, multitudo. Sarisberiens.

Multissimus, plurimus. Muna, munera militibus data. Mundatorius, ad mundandum pertinens. Mundificativus, mundans. Constantin. Afer. Mundificatus, mundatus. Idem.

Mundifico, mundo. Macer. Mundium, patrocinium. Item dominium. Mundius, qui sui juris est. Munduvaldus, tutor. Munychion, μουνυχιών, decimus mensis apud Athe-

nienses. Murarius, qui muros struit. Murceus, murcus, ignavus. Murcinarius, mutilus. Gloss. Murciolus, languidulus.

Muro, as, muro claudo. Murrio, vel Murro, as, clamo: proprium murium. Gloss. Isid. Musaicus, musivus.

Muscetum, et Musculetum, locus muscis abundans. Muscinus, muscarius. Muscio, onis, animal muscas captans. Muscipulor, aris, decipio.

Musco, onis, musca magna. Muscor, aris, musco tegor. Musiae, arum, nidi murium. Gloss. Isid. Musio, onis, feles murium hostis. Mussio, onis, animal in vino nascens.

Mussitator, idem. Vet. Gloss. Muta, ae, cavea, aviarium. Mutitas, carentia loquelae.

Mya, μύα, musca. Item ludus, cum quis clausia oculis ceteros captat. Myagra, μυάγοα, muscipula. Mygale, μυγάλη, mus araneus.

Myia, uvla, et uvia, musca. Myinda, pvîrða, ludus idem, qui mya. Mylacris, µvλαzρίς, blattae genus circa molas na-

scens. Mymphur, lignum rotundum, quod loro circum-volutum fabri lignarii adhibent in operibus tor

Myrias, adis, proginc, numerus decem millium. Myristica , μυριοτική , nux , moschata.
132 *

0

Myrophorae, μυσοφόσοι, mulieres unguenta portantes. Mystagogia, μυσταγωγία, initiantis actus. Mysterialis, mysticus. Mysterialiter, mystice. Mystici, protezo, arcanorum principis conscii. Mythologus, probožogos, fabularum scriptor. Nabilis , ad nandum habilis. Vet. Dictionar. Nabita, navita. Nadir, punctum sub pedibus nostris, cui opponitur alterum supra caput, quod dicitur zenith. Naevosus, naevis abundans. Nagarba, fasciculus spicarum in conum erectus. Nago, as, vacillo, fluctuo. Gloss. Isid. Nanus, ráros, genus placentae ex caseo et oleo. V. NANUS §. 5. in Lexico. Naophylax, rαοφύλαξ, custos templi. V. NAU-PHYLAX §. 2. in Lexico. Napellus, herba venenata, radice napum referente. Napocaulis, olus napo simile, in caulem crescens.

soporem inducentia. Nardificat, fragrat. Gloss. Nardites, vagolins, vinum nardo conditum. Narditis, vagolins, nardus montana. Nario, is, nares frico, h. e. irrideo. Nario, onis, subsannans. Gloss. Isid. Narrativus, et Narratorius, ad narrandum pertinens. Narrito, as, saepe narro. Cathol. Narte, ragin, placenta odorata, ex qua fiunt un-

Napunculus, parvus napus.
Narce, rάρεη, torpor. V. NARCE in Lexico. Item torpedo piscis.

Narcotica medicamenta, raprorizà, torporem ac

Narthecophori, raφθηzοφόφοι, Bacchi ministri thyrsum gerentes. Narus, gnarus, peritus. Nasale, ornamentum equorum.

Nascale, pessus ad medendum vulvis. Nasile, nasi tegumentum. Nastale, cingulum stringens pallium circa collum. Nastus, rαστὸς, placenta ex melle, uvis passis, etc. Natex, icis, cochlea parva marina. Nathinaeus, dediticius. Vox Hebr. Natito, as, saepe nato. Nasosus, nasutus.

Natta, storea.
Navarchis, idis, rανασχίς, navis praetoria.
Naucrates, rανασάτης, echeneis.
Naufragor, aris, naufragium facio. Naula, psalterium. V. NABLIA in Lexico. Nauregus, et Naurigus, navis princeps. Nausificus, nauseam afferens.

Nautepibatae, ναυτεπιβάται, qui navem conscendunt, et nauli loco nautarum officio funguntur. Nautica, ars navigandi. Nebrias, rεβοίας, piscis quidam. Nebularium, locus, ubi vina fumum bibere insti-tuuntur. Item locus ad subjiciendam messem per

nubilum tempus. Necessito, as, adigo, cogo. Necolatus, stultus, et elanguens. Gloss. Isid. Necromantes, rεπρομάντις, qui ex cadavere, vel umbris evocatis divinat.

Necromanticus, νεχορμαντικός, idem. Necula, parva nex. Nefrendus, porcus domesticus castratus.

Nejure, injuria. Nemausiacus, Nemausensis. Nemesis, νέμησις, distributio. Neniola, parva nenia. Sannaz. Neogamus, νεόγαμος, qui recens uxorem duxit.

Neophylax, acis, rεοφύλαξ, custos templi. V. NAU-PHYLAX §. 2. in Lexico. Nephalia, rηφάλια, sobriorum festa apud Athenien-ses, in quibus aqua mulsa libabatur Soli, Lunae,

Memoriae, Nymphis, Aurorae, Veneri. Nephriticus, requitixos, renum dolore laborans.

Nepta, ae, neptis. Nepticula, vestis brevissima. Nerveus, et Nerviceus, ex nervo factus.

Nesus, võoos, insula. Neumaticus, revnauzos, modulator dulcis. Neuris, revole, herba, quam alii solanum, alii ve-

sicariam appellant. Neutralia, vestimenta in neutra parte villosa. Neutralitas, neutrius partis studium. Nibatismus, genus saltationis barbaricae. Nibatus, splendidus: quasi nivatus.

Nibita, aqua ex nubibus, aut nivibus. Gloss. Isid. Nicocitria, substantiae. Gloss.

Nicolaus, stultus. Gloss. Isid. Nicosiana, herba, quae et hyoscyamus dicitur. Nideo, es, splendeo. Acron in Horat. Sat. 2, 7. Nigella, frutex pusillus, alio nomine melanthium. Nigrefacio, nigrum facio. Onomast. vet. Nihilo, homo nihili. Gloss. Philox. Ninna, vox nutricum blandientium.

Myrmecoleon, μυσμηκολέων, bestiola formicis infesta. Nisan, septimus mensis Judaeorum. Nitreus, nitrosus. Nivita, aqua ex nivibus. V. Nibita. Nivito, as, nive conspergo. Gloss. Cyrill. Nixae, parturientium dolores. Nixe, adverb. munite. Gloss. Isid.
Nubiriae, novezcae, loca, quae in metandis castris
omnino vitabantur, ut montes, silvae, valles. Nocibilis, noxius, nocens.

Noctambulo, onis, et Noctambulus, noctivagus. Noctianus, noctis custos, vigil. Gloss. Nocticula, brevis nox. Item laena.

Noctifuga, noctem fugiens. Nocumen, et Nocumentum, noxa. Nomanandria, vacatio in praefectura, ignavia,

Nomarchia, vouaogla, praefectura nomi apud Aegyptios. Nomata, um, ropara, ulcera.

Nomenclare, appellare, nominare. Nomia Dea, h. e. Pales, Dea pastorum: a νέμω, pasco.

Nominosus, famosus, celeber. Nomodidactes, rομοδιδάκτης, qui leges docet. Nomodidascalus, rομοδιδάσκαλος, legis doctor. Nomodotes, vouodoins, primicerius doctorum, juris

Nomophilax, νομοφύλαξ, legum custos. Nomos, νόμος, lex. V. NOMOS §. 2. in Lexico. Nomothesia, vouod sola, legis latio.

Nomotheca, et Nomothetes, νομοθέτης, legislator. Nonagecuplex, et

Nonagecuplus, nonaginta modis factus: vel qui in nonaginta partes dividi potest. Noneolae, papillae ex faucibus caprarum pendentes.

Nongenteni, et
Noningenteni, distributivum a noningenti.
Nonna, virgo monacha. V. NONNUS §. 1. in
Lexico.

Nonnula, rete ad capiendas aves. Gloss. Isid. Nonnus, vir senex. V. NONNUS §. 1. et 2. in Lexico.

Norax, peccator, criminosus. Noro, as, novi, scio. Nosodochium, rogodozeior, nosocomium. Nosonarius, sponsus.

Notaria, scripturae compendium. V. NOTARIUS in Lexico.

Noteo, es, notesco. Nothia, νοθεία, pars honorum, quae nothis obvenit. Notiaeos, νωτιαίος, medulla dorsi. Notificatio, manifestatio.

Notorie, manifesto. Novembralis, novembris. Novendium, novem dierum spatium. Novercaliter, more novercarum. Noxax, acis, criminosus. Noxilis, nocens. Gloss. Isid.

Nubeculosus, obscurus. Nubigosus, nubilus. Nugicus, nugas canens.

Nugidicus, nugator. Sarisberiens. Nugiloquus, nugax. Idem. Nullatio, mutatio. Nullimode, et

Nullimodis, nullo modo. Nullitas, nihil, vanitas. Nullo, as, nullum facio, muto.

Numerarchae, tribuni millenarii. Numida, qui vendit herbas: vel qui alit pecora ad vendendum.

Nuncupativum testamentum, quod testator viva voce fecit. Nundivium, nundinarum tempus.

Nunsio, vel Nansio, titubo, dubito. Nuntiolum, parvum nuntium.

Nuntiolus, parvus nuntius.

liebrium.

Nuo, νεύω, annuo. Nutinare, corpus, ingenium, genitura. Gloss. Isid. Nyctalopia, νυχταλωπία, nyctalopum morbus. Nyctegersia, vuzreyegola, noctisurgium, excitatio nocturna. V. Festi l. c. in EGRETUS in Lexico.

Nyctophylax, νυκτοφύλαξ, qui noctu aliquid eustodit. Nympha, membrana in muliebri pudendo. Item summa pars vomeris. Item calix rosarum paulum se aperiens.

Nymphagogus, νυμφαγωγος, qui sponsam e paterna domo ducit ad sponsum. Nympheum, rougetor, thalamus sponsorum.

Nympheutria, νυμφεύτοια, pronuba, quae sponsam e domo patris ad sponsum deducit. Nymphides, roughoss, genus calceamentorum mu-

Nympholeptus, νυμφόληπτος, a Nymphis correptus, cerritus.

Nymphotomia, vvuqoropla, excisio nymphae in

Nysia, saltationis genus.

Nyssa, νύσσα, repagulum, unde cursores moventur. Nystagmus, νυσταγμός, dormitatio. Nyxa, pruna minora, damascena.

Uataricha, ωατάριχα, mugilum ova salita. Obaero, pretio seu mercede conduco. Obdureo, durus fio. Obdurus, durus. Obeditio, obedientia. Ambros. Obedo, circum edo.

Obeliae, ὀβελίαι, arum, panes Baccho sacri. Obelo, ὀβελίζω, obelo signo. Obfibulo, concludo, circumdo. Gloss. Isid.

Obficus, turpis ludus, impudicus. Pap. Obicula, parva obex. Objectamen, objectamentum. Gloss.

Objectum, scopus.
Oblamentia, vitis nigra. Dioscor. Oblata, oblatio.

Oblatero, blatero. Oblego, contra lego, contra dico. Obligatores, mercatores. Item venefici. Obliquangulum, ubi sunt obliqui anguli. Oblogat, increpat. Gloss. Isid.

Oblucinamentum, caligo, error. Obmallo, in mallum, seu locum judicii deduco. Obnoxiatio, oppigneratio.

Obolostates, εβολοστάτης, minutulus fenerator. Obpopa, instrumentum rusticum eruendis lapidibus, referens caput upupae avis. V. UPUPA §. 2. in Lexico.

Obscurio, carceris custos. In legib. Langobard. Obsecundor, aris, obsecundo, obsequor. Obsolitatus, obsolefactus, inquinatus. Zeno Veronens.

Obsolito, as, obtero, inquino. Gloss. Obsonus, malum sonum habens. Obsophagus, όψοφάγος, gulosus. Obsopheus, όψοποιός, qui obsonia parat. Obsopola, οψοπώλης, qui obsonia vendit. Obsorbo, is, obsorbeo.

Obstupeo, obstupesco. Obtendiculum, operculum. Obtrector, aris, obtrecto.

Occasivus, occidentalis. Saxo grammatic. Occi, arbores fici similes, ex quibus mel defluit. V. OCCHI in Lexico. Occilator, occator. Gloss.

Occistrio, tabernarius. Gloss. Isid. Oceanine, Oceani filia. Ochlogogium, όχλογώγιον, confluxus turbae in unum

locum. Ochros, azgos, legumen simile cicerculae. Ochthos, oxoos, limbus vestis muliebris.

Ociminum oleum, ex ocimo factum. Dioscor. Ocna, foramen dolii.

Ocnia, οχεεία, pigritia. Octaeteris, οχεαετηρίς, octo annorum spatium. Octapodion, flammeum imperatoris cum octo ligu lis, habens multas imagines hierarcharum.

Octennium, spatium octo annorum. Octenus, octonus. Octiduanus, octo dierum. Octiduum, spatium octo dierum. Ocymastrum, herba ocymo similis. Ocyminus, ὦχύμινος, ocymo similis. Odaxesmus, ὄδαξησμὸς, pruritus in infantibus ante

dentitionem. Odonaria, et Odonia, udones. Odontagra, όδοντάγοα, forceps dentibus evellendis. Odontalgia, όδονταλγία, dentium dolor.

Odontaxestes, οδονταξέστης, instrumentum ad era-

dendos dentes. Odontotrimma, οδοικότομμα, dentifricium. Odorabilis, qui odorari potest. Odorator, qui odorat.

Oedasticus, οίδαστικός, peritus staterarum et ponderum. Oedema, οἴδημα, tumor praeternaturalis.

Oenaria, olragla, vitis domestica. Oenesteria, οἰνηστήρια, vinalia. Oenopola, οἰνοπώλης, vini venditor. Oenoptae, οἰνόπται, qui curam habent, ut in conviviis ex aequo bibatur.

Oenutta, olvovera, placenta ex vino et melle. Oephi, mensura trium modiorum. Oesophagus, olooquyos, gulae transitus cibis et

Oespoeum, οἴοποιον, genus calceamenti muliebris. Octoscyros, oltooxugos, Apollo, lingua Scythica.

Offensum, offensio. Offercio, is, impleo, infercio. Offerenda, antiphona, quae in oblatione canitur. Offex, qui officit et impedit. Gloss. Isid.

Officinalis, ad officinam pertinens. Offimentum, lutum, coenum. Gloss. Offusio, actus offundendi. Petr. Chrysol.

Oggrassor, incedo, ingredior. Olacitas, teter odor. Olaciter, malo odore.

Oleago, unquentum crassum olei simile. Gloss. Oleastrinum, oleum ex oleastro. Olerarium, locus olerum. Gloss.

Olfatum, et Olfatus, olfactus.

mophagi, on mophorium, merale. noplatae, of sotarichus, ophaces, of seidus. mphacizo, de iis , qui mphicium, 1003, Oyxet, mma, orona mosceli, oroo parentes. oustatus, on bychea, affe. sychomantia unguium. Ougala, cioyer.

fditas, odor.

garchicus ,

digarchicum v digophorum v dophorum v

inelysis, our innicognoscen innipraesens,

maiscientia,

maiscius, om

gnivalens, o

naividentia,

Oscyphium, oblongum. Ophiomachus, serpentium Ophis, oges, Ophthalmia, ohthalmus , piferae, fun nistraque te binanter, or pinax, mani pinosa, inge pismus, oma lectio. Opistheline, histhosphen pitis mulie jectum. Oporophylaci

ctuum auti Opsigamium, psimathes, coepit. psimathia psophagus losus. Fr Opsopoeia, psopoeus, Opsopola, pteria, on bat, cum Optici nervi oculos def Orafius, anie Orale, velun Ousna + obain Orașis, equo Orbitus, ann Orbs, colum

Orcarius, ru Orciolon, ur Orcocoma, 1 Ordinabiliter rdinamentu rdio, is, te reas, opera rge (lege 1 igyia, opyi fipta, ame mes, urna phanotrop

praepositus nhodoron, explicata. thogonus rthographic pertinens, rthostadiae quae recta cheum,

citantia ; tacus, ide Tom. TUN

es Baccho sacri.

Lea Pap.

L. Grad

A Gen

Trut.

lives tendri. Aliqui sopuli. Jaid.

iocem judicii deduco.

ninataius fenerator, seum eruendis lapidibus, sia. V. UPUPA § 2, in

in legib. Langebard.

inquinatus. Zeno Ve

bens. Glass.

inous. Inouis parat. ronis rendit.

en grammatic.

m. leid.

ex quibus mel defluit

effuxos turbae in unum

ile cicerculae.

factum. Dioscor.

nnorum spatium.

rum.

150. imilis.

storis cum octo liguhierarcharum.

itus in infantibus ante

pa dentibus erellendis.

instrumentum an era-

rus staterarum et pos-

am habent, ut in con-

las transitut cibis et

lin, lingua Scythica.

atlatione canitur.

muliebris.

Osanna. V. Hosanna. Oscheum, ὄσχεον, scrotum.

Ostentosus, portentosus.

Tom. IV.

Ostacus, idem quod astacus piscis. Ostentifer, ostentum ferens. Gloss.

Oscitantia, oscitatio.

er vino et mile

um doler.

dentifrieium.

ternatoralis.

stick

11.

is muliebris.

Osteocollum, herba muralis.

Ostiaria, mulier custos ostii.

Oliditas, odor. Saxo grammat. Oligarchia, ὀλιγαρχία, paucorum dominatus. Oligarchicus, ὁλιγαρχίαὸς, ad oligarchiam pertinens. Oligophorum vinum, όλιγοφόζος olvos, quod parum aquae ferre potest. Olophyrmus, δλοφυρμός, genus lugubris cantilenae. Omatzium, homagium, obsequium. Omelysis, ωμήλυσις, farina hordeacea cruda. Omnicognoscentia, notitia omnium rerum. Omnipraesens, ubique praesens. Omnipraesentia, praesentia in omnibus. Omniscientia, cunctorum scientia. Omniscius, omnium sciens. Omnivalens, omnia potens. Omnividentia, omnium aspectus. Omophagi, ώμοφάγοι, qui cruda carne vescuntur. Omophorium, ωμοφόριος, vestis patriarchalis, humerale. Omoplatae, ωμοπλάται, scapulae. Omotarichus, ώμοτάριχος, salsamentum crudum. Omphaces, δμημικές, uvae, et alii fructus immaturi Omphacinus, ouquerros, ex omphacio confectus, Omphacizo, δμηακίζω, omphaces colligo: dicitur de iis, qui immatura, aut vilia furantur. Omphicium, officium. Onca, "Ογκα, Minervae nomen apud Thebanos. Onoma, ὅτομα, nomen. Onosceli, ὁτόσχελοι, daemones asininis cruribus apparentes. Onustatus, onustus. Onychea, affectio unguium: ab ores, unguis. Onychomantia, orvzouarrela, divinatio ex maculis Ongala, ωόγαλα, puls ex ovis et lacte. Ooscyphium, wooziquor, poculum in ovi formam oblongum. Ophiomachus, οφιομάχος, genus locustae grandioris serpentium inimicae. Ophis, oque, serpens, anguis. Ophthalmia, og Dakula, morbus oculorum. Ophthalmus, οφθαλμός, oculos. Opiferae, funes, quae cornibus antennae dextra si-nistraque tenduntur et retroverso. Isid. Or. 19, 4. Opinanter, opinato. Opinax, manifestus. Gloss. Isid. Opinosa, ingentia certamina. Gloss. Isid. Opismus, οπισμός, lactei succi, inciso caule, col-Opistheline, postilena.
Opisthosphendone, ἀπισθοοφενδόνη, ornamentum capitis muliebre, reticulum, majori parte pone rejectum. Oporophylacium, οπωφοφυλάκιον, casa custodis fructuum autumnalium. Opsigamium, ὀψιγάμιον, serae nuptiae. Opsimathes, ὀψιμαθής, qui sero didicit, vel discere Opsimathia, οψιμαθία, sera eruditio. Opsophagus, οψοφάγος, delicati obsonii avidus, gulosus. Fuit cognomentum Apicii. Opsopoeia, όψοποιτα, obsoniorum apparatus. Opsopola, δψοποιός, coquus.
Opsopola, δψοποίλης, obsoniorum venditor.
Opteria, δπιήρια, dona, quae sponsus sponsae dabat, cum primum eam viderat.
Optici nervi, δπιικοί, per quos videndi facultas ad oculos defertur. Orafius, animal quoddam ferum. Orale, velum orarium. Orama, ὅραμα, aspectus. Orasis, ὅρασις, visio. Orbitus, annualis. Orbs, columbus, piscis marinus. Orcarius, rufus. Orciolon, urceolus. Orcocoma, luctus funebris. Ordinabiliter, per ordinem. Ordinamentum, ordinatio. Ordio, is, texo. Oreas, ὁρειάς, regio montana: ab ὅρος, mons. Orge (lege urge), occide. Gloss. Isid. Orgyia, οργνία, mensura, quae inter manus expan sas continetur. Oripta, amens turba hominum. Gloss. Isid. Ornes, urna. Ornis, όζοτις, avis. Orphanotrophita, όζος ανοτζοφίτης, orphanis alendis raepositus. Orthodoron, ορθοσωφον, palma manus erecta et Orthodoxia, og 9000 sta, recta de Fide opinio. Orthogonus, ogdoyoros, rectus angulus. Orthographicus, ουθογραφικός, ad orthographiam Orthostadiae, ορθοστάδιαι, tunicae consistentes, quae rectae manent, nec accinguntur.

Ostracina, δοτράκινα, Atheniensium suffragia. Ostracinda, δοτρακίνδα, ludus puerilis, testulis commutatis, et projectis, cum quis divinabat jactum. Ostracum, ὅστραχον, testa. Item pavimentum testaceum. Otalgia, wrakyla, aurium dolor. Otenchytes, ώτεγχύτης, clyster auricularius. Othone, odorn, vestis ex lino. Oticus, drizos, auricularius. Ovarium, ovorum locus. Ovicare, ovi albumine subigere. Plin. Valerian. Ovifer, oviparus. Ovispex, qui ovium viscera inspicit. Gloss. Isid. Ovizirii, dignitas Turcica. Oxobapta, rubro tincta. Oxos, ősos, acetum. Oxy, ὀξὸ, acutum, aut acidum. Oxyacantha, ὀξυάκανθα, spina parvis foliis aculea-tis, baccas ferens rotundas. Oxycraton, δξύνρατον, acetum aqua mixtum. Oxyglyces, et Οχyglycy, δξυγλυκές, et δξυγλυκό, medicamentum ex fabis aceto maceratis. Oxylipes, ožvieneis, panes ex aceto. Oxyliparon, όξυλίπαφον, moretum acidum. Oxyngium, osbyytor, faex aceti. Oxynitrum, osvervoor, emplastrum quoddam rupto-Oxyporopola, όξυποφοπώλης, oxypori venditor. Oxyrrhodinum, osvojoodwor, medicamentum ex aceto et aqua rosacea. Oxyrrhodon, οξύψφοδον, acetum rosaceum. Theod. Priscian. Oxys, ydis, όξυς, vas aceti. Oxysaccharum, όξυσάκχαφον, potio ex saccharo et aceto. Oya, όδα, sorba. Oze, όζη, foetor oris. Ozymum, genus edulii redolentis, ex intestinis confecti. Pacajas, rana. Pachydermus, παχύδερμος, crassam pellem seu cutem habens: translate fatuus, rudis. Pacifero, as, pacem induco. Gloss. Pactis, idis, nartis, thos, instrumentum musicum duarum chordarum. Pacton, πακτών, navis ex virgis compacta. Pactura, pactum. Paedagogia, παιδαγωγία, instructio puerorum. Paedantismus, munus paedagogi. Paedenes, puellae virgines. Paederastes, παιδεραστής, puerorum amator. Paederastia, παιδεραστία, amor puerorum. Paedia, παιδεία, institutio in bonis artibus. Paedinecron, παιδίνευχον, abortus. Paedisca, παιδίσυη, ancilla. Item meretrix. Paediscium, παιδίσκιον, prostibulum. Item attribu tum effictum. Paedomathes, παιδομαθής, qui a puero statim discit. Paedomathia, παιδομαθεία, matura institutio puerilis. Paedonomus, παιδονόμος, ingenuorum puerorum magister. Paedopullon, puer. Paedotriba, παιδουρίβης, praeceptor, paedagogus. Paedotribia, audorgifla, ars exercendi puerorum Paessa, παΐσσα, apud Coos placentulae sunt. Pagalia, persolutio.
Paganicius, vir occultus. Gloss. Isid.
Paganismus, Paganorum religio. Pagarchus, παγάοχος, pagi praepositus. Pagensis, qui est ejusdem pagi. Paginalis, epistolaris. Ennod. Pago, as, exsolvere pecuniam. Palaphrion, servus ad frenum. Palatha, παλάθη, massa ficorum. Palillogia, παλάλλογία, iterata locutio: verbi repe-Palimblastus, παλίμβλαστος, restibilis ager. Palimpega, παλlμπηγα, veteramenta. Palindoria, παλινδόομα, frusta coriacea. Palingenesia, παλιγγενεσία, regeneratio. Pallio, onis, qui pallas parat. Palmapinus, arbor quaedam peregrina. Palmor, aris, palpo, adulor. Palmularius (lege parmularius), agitator in ludis Circensibus. V. PARMULARIUS in Lexico. Palumbula, parva palumba. Pambasilia, παμβασιλεία, dominium absolutum. Pamaeum, vestis pastoralis. Gloss. Isid. Pamphylodromon, παμφυλόδοομον, navis imperatoris. Panada, aqua cum pane. Gloss. Panagrum, navaygor, genus retis, quod omnia capit. Panaria, largitio panis ab imperatoribus facta. Panarius, qui panem vendit. Gloss. Pancerea (Italis panciera), thorax squameus. Panchra (lege pancra), rapina. Gloss. Isid. V. IM-PANCRARE in Lexico.

Pancratiarius, pancratiastes. Gloss.

PARAPHERNALIS Pancreas, παγκοέας, corpus glandulosum in medio mesenterio. Pandaesia, nardaiata, epulum. Pandecton, πάνδεκτον, linteamen. Pandex, qui semper pandit os ad potandum. Gloss. Pandocheum, vel Pandochium, πανδοχεῖον, diversorium, in quo hospites omne genus recipiuntur. Pandocheus, πανδοχεύς, caupo, stabularius. Pandurista, πανδουριστής, pandurus. Pangito, as, saepe pango. Gloss. Isid. Panharmonium, παναρμόνιον, omni harmonia con-Panicoctaria, quae panem coquit, Petr. Chrysol. Panificus, pistor. Onomast. vet. Pannarius, pannorum venditor. Pannifex, et Pannificus, qui pannos facit. Panoplia, πανοπλία, universitas armorum: vel armatura ad omnes usus. Panselenus, πανσέληνος, plenilunium. Pantherion, πανθήφιον, parvus panther. Pantopharynx, παντοφάρνης, gulosus, vorax. Pantopola, παντοπώλης, qui omnes res venales habet, Panurgia, navovoyla, astutia, versutia. Papadia, mulier sacerdos. Papalethra, tonsura papalis. Papatus, dignitas Papae. Paploma, teges. Paponius, ebriosus. Papotentia, ebriositas. Pappias, pater. Pappisso, παπαίζω, infantium more blandior. Pappous, avitus. Pappuls, avitus.
Papyleon, papilio, tentorium.
Papyrio, onis, papyrus, charta.
Papyropola, παπυφοπώλης, qui chartas facit, et vendit.
Para, παρὰ, ad, apud, penes. Parabata, παραβατης, transgressor, violator legis. Parabasis, παράβασις, transgressio, praevaricatio. Parabia, παράβας, potus ex milio et conyza. Parabystus, παράβυστος, occultus, latens: vel se ipsum includens. Paracampanismata, injustae ponderationes Paracatabole, παρακαταβολή, depositum, fidejussio. Paracellarius, minoris cellae praefectus. Paracercides, παρακερκίδες, ossicula in cruribus. Paracharacta, παρακαράκτης, monetae adulterator. Paracharagmata, παραχαράγματα, nummi adulterini. Paraclesis, παράκλησις, exhortatio. Paraclytus, παράκκησις, exhortatio.
Paraclytus, παράκκησις, male audiens, infamis.
Paracmasticus, παρακμαστικός, jam vigere desinens.
Paracolleticus, παρακράμον, os minus in cruribus.
Paracope, παρακολή delirium.
Paradactades, miseri.
Paradactades, παρακομής paracope, παρακομής paracope, παρακομής paracope, παρακράμον με paracope. Paradiateuxis, παραδιάτευξιε, perversa disjunctio. Paradichion, hortus. Paradigmaticus, παραδειγματικός, exempla continens. Paradiseus, ad paradisum pertinens. Paradisigenus, in paradiso natus. *Theodulf*. Paradisius, paradiseus. Paradogum, feudum nobile. Paradromis, παραδρομίς, locus prope xystum sub dio ad ambulandum et exercendum. Paraeneticus, παραινετικός, praeceptivus, hortato-rius, admonitorius. Parafredus, equus clitellarius. Paragium, aequatio hereditatum. Paragoricus, παραγορικός, mercabilis. Theod. Prisc. Paragramma, παφαγφαμμα, scripturae depravatio. Paragrammatismus, παραγραμματισμός, cum littera pro littera ponitur. Paragraphe, παραγραφή, exceptio, perscriptio, effu-gium, litis compositio, adnotatio in margine, scholium. Paragraphon, et Paragraphus, παράγραφος, linea in longum protensa. Item scriptura separata, scripturae divisio, pars capitis, tituli, quaestionis. Paralaurum, aedicula monasterio adjuncta. Paralepsis, παφάληψις, assumptio. Paralipsis, παράλειψις, praeteritio. Parallaxis, παράλλαξις, mutatio. Item differentia loci veri et apparentis apud mathematicos. Parallelismus, παραλληλισμός, convenientia quaedam in lineis et figuris apud geometras. Paralogia, παφαλογία, deceptio. Paralogismus, παφαλογισμός, fallax conclusio. Paralogizo, παφαλογίζω, capitosa argumentatione Paralogus, παράλογος, absurdus, rationi dissentaneus, inopinabilis. Paralurges, παφαλούφγες, genus vestis purpuram intextam habentis. Parameria, παραμήρια, internae femoris partes. Paramythia, παραμνθία, alloquium solatorium. Parantegesis, παφαντήγησις, apposita ex adverso nar-Parapechion, παραπήχιον, os minus brachii. Parapetasma, παραπέτασμα, tegumentum, aulaeum. Parapherna, παράφεργα, bona, quae praeter dotem nubenti dantur.

Paraphernalis, et

133

Paraphernicus, ad parapherna pertinens. Paraphora, παραφορά, insania, delirium. Paraphrasticus, παραφαστικός, ad paraphrasin per-

Paraphrenitis, παραφορετίτις, delirium. Paraphrosyne, παραφοσόνη, error mentis, delirium. Paraphyades, παραφνάδες, surculi, propagines. Paraplegia, παραπληγία, membrorum resolutio.

Paraplexia, παφαπληξία, detentio mentis, vesania. Parapompica, παφαπομπικά, quae transmittuntur. Paraptoma, παφάπτωμα, lapsus, easus. Pararthresis, παφάφθησις, luxatio.

Parascenia, παρασκηνια, spatia in scena ab utroque

Parascevastica, παρασκευαστικά, conceptacula seminis. Paraselene, παρασελήνη, lunae replicatio in nube cava se reflectentis.

Parasphagis, παρασφαγίς, pars juguli. Parastasis, παρασσασις, assistentia. Parastata, παραστάτη, conceptaculum seminis. Parasynagoga, παρασυνάγωγή, falsa synagoga. Parasynanche, παρασυνάγχη, nervorum ad fauces inflammatio.

Paratella, herba eadem, quae lapathum. Parathesis, πασάθεσις, appositio, cum quasi depo-nimus aliquid apud memoriam judicum, repetituros nos dicentes, cum opportunum fuerit. Isid. Orig. 2, 21.

Paratilmos, παρακιλμός, evulsio pilorum. Paratitla, παράτιτλα, appendices titulorum juris, hoc est indices legum, quae ex aliis titulis ad eum, quem interpretari volumus, revocari et pertinere possunt: dicta παφάτετλα, quasi praeter titulum, ut παράφερεα, praeter dotem.

Paratrimma, παράτομμα, intertrimentum, cum fe-mora mutuo attritu excoriantur.

Paratypus, παφάτυπος, male cusus. Paraugalma, oppositio, comparatio. Parauxesis, παραύξησις, exaggeratio, amplificatio.

Pardalus, πάρδαλος, avis ex iis, quae gregatim vo-Parecelesion, sacellum.

Parechesis, παρήχησις, cum plures litterae vel syllabae cundem sonum reddunt. Parectasis, παρέκτασις, extensio, productio vocis, inserta syllaba.

Paregmenon, παρηγμένον, cum voces ejusdem originis conjunguntur.

Parencephalis, παρεγκεφαλίς, pars cerebri posterior. Parenchiresis, πασεγχείσησις, molitio in aliquo opere. Parenchyma, παφέγχυμα, propria cujusque visceris substantia.

Parentheticus, παφενθετικός, quasi per parenthesin positus: ut Parenthentica bellaria apud Sarisberiens 8, 7.

Parepigraphe, παρεπιγραφή, figura, cum quae praecedere debuerunt, tacentur, ita tamen, ut ex consequentibus intelligantur.

Paresis, πάφεσις, remissio, negligentia, languor. Parescharites, παφεσαφίτης, foci custos in navi. Parhippiarius, equiso, parafrenarius. Pariambis, παφιάμβις, tibiae genus quoddam.

Parochialis, et

Parochianus, ad parochiam pertinens. Paroculi, dicuntur a paribus oculis.

Parodontis, παροδοτείς, tuberculum circa dentes. Paroecus, πάροικος, ejusdem fani incola et consors, curialis. Item accola. Paroemiacus, παροιμιαχός, ad adagium pertinens.

Paroemiographus, παφοιμιογράφος, adagiorum scri-

Paroenia, παροίνια, carmina, quae ad vinum ca-Parovalli, pardorum curatores.

Paroxysmus, παροξυσμός, concitatio, exacerbatio. Item accessus febris, qui statis horis fieri solet. Parsio, actus parcendi. Gloss.

Parthenioptes, παρθειιόπτης, qui virgines avide inspectat.

Partialis, qui partem continet. Participator, qui Participat.
Participatrix, quae Particus, negotiator, qui per partes vendit. Parulis, παρουλίς, inflammatio in gingivis.

Parygron, πάουγοον, medicamentum quoddam liquidum initio, postea consistens. Paryphe, παουφή, praetexta, aliquid vesti adtextum. Gloss.

Paryphes, παρυφές, idem.

Parzunarium, vasis genus instar acini. Paschalicus, et Paschicus, ad Pascha pertinens.

Paschinus, statua Romae vatis cujusdam ridiculi. Pascuarium, census pro pascuis.

Pasias, Bassa Turcarum. Paspala, παστάλη, minutissimus farinae pulvisculus. Pasquillus, libellus famosus.

Passagerius, qui passagiis praeest. Passagium, expeditio in Terram sanctam. Passionarium, liber de passionibus Sanctorum. Pastas, adis, auntis, thalamus. Pastaries, panes dulciarii. Pastile, ultimus anni dies.

Pateriza, sceptrum patriarchae. Paternaliter, et

530

Paterne, more patris. Pathema, πάθημα, passio, affectio. Pathiasma, παθτασμα, passio, morbus. Pathio, animal quoddam quadrupes.

Pathopoeia, παθοποιία, affectuum commotio. Pathos, πάθος, perturbatio animi, affectio. Patrinus, qui levat aliquem de sacro fonte, sponsor.

Patriota, qui est ejusdem patriae.

Patripassiani, haeretici, qui ajebant Patrem passum esse.

Pauciloquus, qui pauca loquitur. Pavefacio, exterreo. Gloss. Paveratus, pressus, spissatus. Paviclare, pavicula solidare.

Paviculo, as, pavicula adaequo.
Pavidensis vestis, calcata et densa: cui opponitur levidensis. Isid. 19, 22.

Pavido, as, paviculo. Pavimentitius, pavimento constans. Pavitensis, pavidensis.

Pausanae, induciae. Pausicape, machina, quae collo molentium servorum inserebatur, ne polendam comederent, neve

ori manus admovere possent. Pausilypus, navoldunos, poculi genus Jovi sacrum in conviviis.

Paxamas, vel Paximas, genus panis. Paximatum, panis subcinericius. Gloss. Isid. Peccaminosus, pravus.

Pechys, πῆχυς, spatium inter manum et cubiti gibbum. Pecia, et Petia, frustum pellis. Pecoreus, et

Pecorinus, pecuarius. Pectinarium, theca pectinum. Pectinarius, qui pectines facit. Pectinator, qui pectit. Gloss. Cyrill.

Pectiniformis, formam pectinis habens.
Pecudiarius, qui pecudis instar praeceps fertur.
Gloss. Philox. Pecudinus, et

Pecudius, pecuarius. Pecuniola, parva pecunia. Pedagium, vectigal pro transitu. Pedana, pedulis novus, qui caligae assuitur. Gloss.

Pedellus, parvus pes. Pedicularius, ii, qui inter symphoniacos modum dat tono: quod fiebat pedibus pulsando scabel-

lum. Gloss. Philox. Pediculata poma, quae pediculos habent, unde su-

spendi possint.

Pediculatio, morbus pedicularis.
Pediculo, as, pediculos venor. Gloss.
Pedilon, πέδιλον, calceamentum.
Pedio, is, pede pulso. Sipontin.

Pedito, as, pedibus iter facio. Gloss. Pedo, onis, qui pedes latos habet. Gloss. Philox. Pegade, πηγάδη, cisterna, puteus.

Pegaso, onis, πήγαζος, homo jocularis. Gloss. Isid. Pegma, πήγμα, barba. Pejeratio, perjurium. Salvian.

Pelanus, placentae genus Jovi sacrum, πέλανος. Pelargici nomi, πελαογικοί νόμοι, leges de alimentis, quae a parentibus filiis debentur.

Pelargicus, πελαργικός, ad ciconiam pertinens. Pelargus, πελαφγός, ciconia. Pelarpacis, dignitatis nomen, nunc Beglerbegs.

Pelecanus, πελεκάν, instrumentum ad dentes evellendos. Pelica, poculi genus, πελικάν.

Pelioma, πελίωμα, pars livida, livor. Pellerina, berlina.

Pellesuina, locus, ubi pelles suuntur, aut venduntur. Pellicare, aemulari, ut rivales solent. Gloss. Pellicatio, pellicatus. Gloss. Item aemulatio. Pellicor, aris, pellicem ago.

Pello, as, loquor: unde appello, compello. Peltasticus, πελιαστικός, ad peltastas pertinens. Pemphinx, ingis, πέμφιγξ, flatus, gutta, nebula, pulsus crebrior.

Pempte, πέμπτη, dies Jovis. Pencina, lacinia, vel stola. Gloss. Isid. Pendiculus, peniculus detergendis sordibus. Penia, nerla, paupertas, et paupertatis dea. Penicellus, piscis marinus insectilis.

novellus discipulus. ennalis, Pennaria theca, et Pennarium, repositorium calami scriptorii. Pennesco, is, pennas emitto. Cassiodor. 1, 48. Pennicomus, ut Pennicomae galeae. Mantuan.

Penniculum, pinnaculum. Pensiculator, qui pensitat. Pensiliter, leviter.

Pensionarius, qui pensionem alicui solvit. Pensor, qui examinat et expendit. Penta, nerte, quinque.

Pentacosiomedimni, πενταχοσιομέδιμνοι, qui quingentis medimnis censi sunt. Pentadactylus, πενταδάκτυλος, quinque digitis con-

Pataeci, πάταιχοι, simulacra Deorum in puppibus. | Pentaedrum, πεττάεδοον, prisma ex quinque hedris compositum.

Pentarteris', πενταέτηρις, spatium quinque annorum Pentaglottus, πετάγλωτιος, qui est quinque lingua-

Pentamoerus, et Pentamirus, πεντάμοιφος, quinque

Pentapharmacum, πενταφάσμακον, quinque pharmacis constans. Item convivium, in quo quinque

condimentorum genera sunt.

Pentaplum, poculum, in quo permixtae erant quinque species, mel, caseus, vinum, farina, oleum.

Pentaproti, πεντάπρωνοι, quinque primi. Pentaprotia, πενταπρώτεια, quinque primorum munus. Pentaptotus, πεντάπτωτος, quinque casus habens. Pentarchus, πένταφχος, qui viris quinque praeest.

Pentastichus, nerraorezos, quinque versibus constans. Pente, nérre, quinque. Pentecontarchus, πεντεκόνταοχος, qui quinquaginta militibus praeest: cujus munus est pentecontar-

Pentecostalis, ad Pentecosten pertinens. Pentheterius, capillus resectus in luctus, πενθητή-

Peplae, qui ex intemperato Veneris usu percunt.

Peragrator, qui peragrat. Perarefacio, valde arefacio. Theod. Priscian.

Perastutus, valde astutus. Perbelius, valde bellus.

Percapabilis, valde capax. Percatapirat, valde tentat. Gloss. Isid.

Percatapsere, valde dividere.

Perceptibilis, qui percipi potest.
Percesion, tributum, quod Imperatori Turcarum
persolvunt Patriarchae Constantinopolitani. Perculsio, percussio.

Percunctativus, et Percunctatus, per cuncta vadens, universalis. Coel.

Aurelian. Percupide, valde cupide.

Percussa, ae, percussio. Coel. Aurelian.
Percussibilis, qui percuti potest.
Percussionalis, qui percutitur. Cassiod.
Perdiceprastes, perdicum venator. Al. leg. Perdi-

ciprates, περδικιπράτης, perdicum venditor. Perdiceus, ad perdicem pertinens. Perdifficulter, valde difficulter. Perfectionalis, perfectus.

Perfectionaliter, perfecte. Perferentarius, perferens, patiens. Perfingo, fingo. Tetrastich. null. auctorit. apud

Fabret. c. 4. p. 331. n. 493. varios avium perfingere cantus. Perfossio, et Perfossura, fossio.

Perfunctorium, quod leviter et remisse fit. Perfusor, qui perfundit. Gloss. Perhorreo, perhorresco. Peri, περί, de, ultra, circum.

Peribaris, περίβαρις, calceamentum quoddam muliebre. Periblema, περίβλημα, amiculum, pallium.

Peribole, περιβολή, ambitus sermonis, periodus. Peribolus, περίβολος, septum, vallum. Item corona, seu lorica muri. Pericardium, περικάρδιον, membrana circa cor.

Pericarpium, περικάφπιον, involucrum, seu theca seminis plantarum. Item monile cingens carpum manus.

Pericephalaea, περικεφαλαία, galea. Item spira capillorum mulierum. Item pars navis.

Pericharacter, περιχαρακτήρ, ferramentum, quo caro gingivarum a dentibus separatur. Pericranium, περικράνιον, membrana circa cranium.

Perigyalium, ora maritima. Peri hermenias, περί έρμηνείας, de interpretatione. Perinaeum, negliacor, pars hominis pudenda.

Periodeuta, περιοδευτής, lustrator circa Ecclesias Dioecesis. Item circulator. Perioeci, περίοιχοι, qui habitant sub eodem circulo

Perior, iris, conor, tento, experior. Periosteon, περιόστεον, membrana circa ossa. Peripatus, περίπατος, deambulatio. Item locus deambulationis. Item secta Philosophorum.

Peripecio, incisio scripturarum, capitulum, sententia. eripetia, neginereia, fortunae casu

Peripezia, et Peripezides, περιπέζια, pedum orna

Peripheria, περιφέρεια, circumferentia. Periphoretus, περιφόρητος, qui circumfertur.

Periphragma, περέγφαγμα, conseptum. Peripneumaticus, περιπνευματικός, peripneumonicus.

Periscius, περίοχιος, qui circa se solis umbram habet. Peristasis, negloranis, status, conditio. Peristereon, περιστερεών, locus, in quo columbac

aluntur. Peristeropullon, columbae pullus. Peristerotrophion, περιστεροιροφείον, peristereon. Peristethion, περιστήθιον, ornamentum pectorale. Peristia, τὰ περίστια, lustrationes.

perithalassa, peritonaeum, testina. peritrachelion ques, moni perjuratio, pe perizoma, Perizonium, virgines an Perlatrix, qu

perlatus, va. Perlectio, pe Permagnificu Permerdo, a Permorior, Permotatus, Pernarro, to Pernimius , Peropto, val Perosis, imp privatio, Perpendicula Perpeto, is, Perroro, ro persenilis,

Personaliae Personalitas Personanter Persono, as Perspicaciss. Perspicaciss Perspicillum cula. Persuasor, Persuo, in Perterrifico , Pertimeo, p Pertimidus, Penransibil Pertremisco

Pertumultue

Pertussis,

Pervasio, i

Pervasor,

Pervicacita: Pervireo, s Pescesion, politanus Pessellus, Pessulatus Pestifuga, Pestiliter, tiliter, Pestimus, Pestinunci Petalismus sanos, u Petallum, Petalurgus Petalus, arboris.

Peterediun

† Petilite

Petitiuncu

Petitius ,

Petrafindu Petraria, Petrelacur stillans. Petrification Petrolsean Petropium Petrophye pervivun Pexo, pec Pezion, a Phacula, Phacula Phaecasia Phaeus, Phagoloed

Phalacrus Phalangar Phalangar Phalero, Phallopho Phallus, Phalas alus, naneta, Phantasn tinens. Phantasti Pharmace

Phalacrae

eis cur Pharmace Pharmace Pharmace maca Plarmac Phase, tr Phase, tr Phase, tr Phasis, q Paclenion same es prinça belda PERITHALASSA pi se quaque ingu-Perithalassa, περιθάλασσα, litus. Peritonaeum, περιτόναιον, membrana involvens in- Philantropus, φιλάνθομοπος, humanus, amicus. survivador, dejudes Peritrachelion, περικραχήλιον, ornamentum colli, torques, monile. Perjuratio, perjurium. in quo quinque Perizoma, περίζωμα, campestre, velamen inguinum. Perizonium, περίζωνιον, palliolum praecinctum, quo permixtae erant quiavirgines amiciuntur. dam, farina, oleum, Perlatrix, quae perfert. Perlatus, valde latus. primorum munus, Perlectio, pellectio. cases habens, praeest, praeest, constans, Permagnificus, valde magnificus. Vulgat. Interpr. Permerdo, as, conspurco. Permerior, morior. Commodian. Permotatus, permotus. Idem. est pentrontar-Pernarro, totum narro. Gloss. Pernimius, valde nimius. Paulin. Petrocor. Peropto, valde opto. Perosis, impedimentum naturalis functionis, laesio, privatio, πήρωσις.
Perpendiculariter, ad perpendiculum.
Perpeto, is, sine intermissione peto. Sipontin. us in luctus, nudiri Veneria uso percunt. Perroro, rore perfundo. Persenilis, valde senilis. Personaliae, personales actiones. Thead, Princian. Personalitas, subsistentia. Personanter, sonore. Salvian. Persono, as, paen. prod. personam do.
Perspicacissime, valde perspicaciter.
Perspicacissimus, valde perspicax.
